



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput III. Creandæ distributiones quotidianæ ex tertia parte quorumcunque fructuum: portio absentium quibus cedat? certi casus excepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

sumatur. Scientia vero præter hæc Sæcul. XVI.
 hujusmodi polleat, ut muneris sibi in- A C 1562.
 jungendi necessitati possit satisfacere:
 ideoque antea in universitate studio-
 rum Magister, sive Doctor, aut Licen-
 tiatus in sacra Theologia vel jure Ca-
 nonico merito sit promotus, aut pu-
 blico alicujus Academiæ testimonio
 idoneus ad alios docendos ostendatur.
 Quod si Regularis fuerit, a Superio-
 ribus suæ Religionis similem fidem ha-
 beat. Prædicti autem omnes, unde
 instructio, seu testificatio erit sumenda,
 hæc fideliter & gratis referre tenean-
 tur, alioquin eorum conscientias gra-
 viter oneratas esse scient, ac Deum
 & superiores suos habebunt ultores.

CAPUT III.

*Creandæ distributiones quotidiane ex ter-
 tia parte quorumcunque fructuum: portio
 absentium, quibus cedat: certi
 casus excepti.*

Episcopi etiam tanquam Delegati A-
 postolici ex fructibus, & proven-
 tibus quibuscunque omnium dignita-
 tum, personatum, & officiorum in
 Ecclesiis cathedralibus, vel collegia-
 tis existentium, tertiam partem in
 distributiones, eorum arbitrio assignan-
 das, dividere possint, ut scilicet qui
 eas obtinent, si personaliter competens

Z 4

„libi

Saecul. XVI. „sibi fervitium, juxta formam ab eisdem
 A. C. 1562. „Episcopis praescribendam, quolibet die
 „statuto non impleverint, illius diei
 „distributionem amittant, nec ejus quo-
 „quo modo dominium acquirant, sed
 „fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat,
 „aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii
 „applicetur. Crescente vero contumacia
 „cia contra eos juxta sacrorum Cano-
 „num constitutiones procedant. Quod
 „si alicui ex praedictis dignitatibus in
 „Ecclesiis cathedralibus, vel collegia-
 „tis, de jure, seu consuetudine jurisdic-
 „tio, administratio, vel officium non
 „competat, sed extra civitatem in Dice-
 „cesi cura animarum immineat, cui
 „is, qui dignitatem obtinet, incumbere
 „re voluerit, tunc pro tempore, quo in
 „curata Ecclesia resederit, ac ministraverit,
 „tanquam praesens sit, ac divinis
 „interfit, in Ecclesiis cathedralibus, ac
 „collegiatis habeatur. Haec in his tantum
 „Ecclesiis instituta intelligentur,
 „in quibus nulla est consuetudo, vel statutum,
 „ut dictae dignitates non fervientes aliquid
 „amittant, quod ad tertiam dictorum fructuum & proven-
 „tuum partem ascendat: non obstantibus
 „consuetudinibus, etiam immemorabilibus,
 „exemptionibus, & constitutionibus, etiam
 „juramento, & quavis auctoritate firmatis.

CAPUT